This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Lh 9.650

Agram. Kraljevske gimnazije.
U Zagrebu

Lh 9.650

HARVARD COLLEGE
LIBRARY

FROM THE FUND OF
CHARLES MINOT
CLASS OF 1828

PROGRAM

KRALJEVSKE GIMNAZIJE

U

ZAGREBU

KONCEM ŠKOLSKE GODINE

1868.

U ZAGREBU.

TISKOM NARODNE TISKARNE Dra. LJUDEVITA GAJA.

~m 1.600

HARVARD COLLEGE LIBRARY
JUN 8 1882
Peirce fund.

Horatius de Plauto in epistola ad Augustum recte an secus senserit quaeritur.

Hanc ego disputationem scripsi, non quo multum in rebus novi me ad virorum doctorum iudicia additurum sperarem, sed ut rerum, quae mihi maxime probarentur, ipsas summas breviter perstringerem, utque iuventutem nostram ad Latinae linguae discendae studium pro virili parte stimularem.

By Armin Šrabec.

Primo perfecto Punico bello Romani, cum ad eam aetatem bellicae tantum gloriae studuissent, ingenuis primum artibus delectari iisque sese imbuere coeperunt. Qua in re etsi ne proprio quidem ingenio carebant, ea tamen semper Romanorum virtus ac navitas eaque bellandi cupiditas fuit, ut, cum Italiae populis domitis Siciliaque subacta Graecarum literarum scientia magis magisque percrebuisset, tum denique ex perfectis Graecorum exemplis liberalium artium fundamenta repeterent, quae haberent ipsi, derelicta iam diu iacerent. Nam et Fescennini illi versus, quibus agricolae iocularia inter se fundentes [1]) delectabantur, ad insolentiam petulantiamque iuventutem paulatim adduxerant [2]), ut lege opus esset: si quis occentavisset sive carmen condidisset, quod infamiam faceret flagitiumve alteri; et antiquissimi ludi scenici ab histrionum genere, quos grassatores spatiatoresque Cato [3]) vocat, agi soliti mox cum ipsis qui agebant venerant in contemptionem. Itaque Livius, cum C. Claudio Caeci filio et M. Tuditano consulibus certo argumento fabulam serere Graecorum more [4]) primus esset ausus, lingua rudi atque incondita neque ad recipiendos, quos imitabatur, Graecorum numeros apta utebatur. Post in excolenda oratione satis omnino adhibitum curae: sed adeo difficile erat populi iudicium a rebus ipsis ad elaborati sermonis admirationem avocare, ut multis annis post Livium, cum et eloquentia et poesis ad summam venissent perfectionem, Graecosque ipsos assequi Romani scriptores viderentur, essent, qui horridam incultamque vetustatem, velut si Romanorum more ac natura dignior esset, laudarent potius quam vituperarent, nec suae aetatis scriptores legere mallent quam Naevios Plautos Accios. Sed ante hanc aetatem aliud poetarum genus exstiterat: hi omissis omnibus grandibus argumentis in lēvi et numerosa maxime oratione elaborabant minuta illa Graecorum carmina secuti, quae, quo ipsa erant limatiora, eo maiorem limandi dabant facultatem. In quibus praestantissimi Catullus Calvus Cinna erant. Neutrum genus laudabile visum iis, qui ad excellentissimorum Graecorum poetarum laudem aspirantes non requirerent nisi omnibus partibus perfectum absolutumque carmen. Cumque argumenti gravitatem non minus quam sermonis elegantiam a poeta desiderarent, effecerunt, ut non multum Latini scriptores Graecorum optimis scriptoribus cederent. Sed etiam tantae artis, uti supra diximus, multi fuerunt obtrectatores, vetustatis iidem laudatores; inque duas fere partes critici divisi prout favebant alteris, alteris invidebant. Neque enim sine ira, ut inter dissentientes, res agebatur, et auctoritas veterum poetarum contra recentium laudem multum valuit. Erat autem inter veterum fautores quasi dux atque princeps Varro grammaticus, inter recentiores Horatius poeta.

Quoniam igitur de Plauto quid senserit Horatius, exponere nobis propositum est, sic statuamus necesse est, et Horatium et alios eiusdem aetatis scriptores ex

[1]) Liv. VII., 2.
[2]) Hor. ep. II., 1, 148 sqq. Cic. de rep. IV., 10.
[3]) Ap. Gell. XI, 2, 5.
[4]) Liv. VII., 2.

controversia magis quam ex aequo et bono de Latinis poetis existimasse. Quod si quis Plautum, tametsi inter veteres numerabatur, laudatum ab Horatio dicat, verba fortasse afferens ex epistola libri secundi prima [5]):

Ambigitur quoties uter utro sit prior, aufert
Pacuvius famam docti senis, Attius alti;
Dicitur Afrani toga convenisse Menandro,
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi,
Vincere Caecilius gravitate, Terentius arte:

errare is vehementer videatur. Non enim Horatii haec sententia est, sed illorum, quos ipse asperrimis facetiis in ea epistola perstringit: nec falso in ipsum Varronem haec conferuntur: si quidem haud dissimile apud Nonium Varronis est iudicium: in argumentis Caecilium poscere palmam, in ethesin Terentium, in sermonibus Plautum, et apud Charisium: *ἤθη* nulli alii servare convenisse quam Titinio Terentio Attae, *πάθη* vero Trabeam Atilium Caecilium facile movisse; morisque fuisse grammaticorum videtur, ut id genus canones, quos dicunt, ponerent. Sed id prius videamus, quid sibi velint illa de Plauto verba. Fuit enim de significatione diu controversia inter homines eruditos, quam ego diremptam iam plane hodie existimo.

Nam antehac ea maxime ratio valuit, quae videri sane probabilis potest. Plerique enim Cruquiani, quem vocant, commentatoris sententiam sequebantur, qui illa verba explicans ‚Dicitur', inquit, ‚Plautus ad laudem Epicharmi studiosissime appropinquare, ad Epicharmum maxime accedere'. Quod qui volunt, imitatorem quendam atque aemulatorem Epicharmi Plautum fuisse statuunt. Videamus igitur, ecquae in iis sit inter ipsos similitudo, quidve existimandum omnino hac de re sit. Illi enim hoc ipsum, vertisse Plautum Epicharmi comoedias, eiusque rei certa esse indicia, aiebant. Afferebant Menaechmos, cuius in prologo haec leguntur:

Atque adeo hoc argumentum graecissat; tamen
Non atticissat: verum s i c e l i s s a t [tamen].

Sed hoc indicium infirmum admodum atque incertum est. Primum enim non a Plauto hi prologi, sed ab aliis et quidem mortuo iam poeta sunt scripti [6]): deinde ne illud quidem his versibus probari potest, Siculi cuiusdam poetae Graecam, quam Plautus vertit, fabulam fuisse. Iis potius accedo, qui scenam significari a prologi scriptore demonstrant. Quod si verum est, hoc ille dicit: Res in Graecia agitur, spectatores, non Athenis quidem, verum tamen et per Siculos homines agitur, et ex Sicilia argumenti initia repetuntur'. Sed fuere, qui Amphitruonem afferrent, captiosa illi quidem probabilitate decepti. Quippe: quid ea inventione probabilius, quid elegantius videri potest, cum sicut hanc Plauti fabulam ita plurimas etiam Epicharmi comoedias per deos et heroas maxime actas esse sciamus? Verum hoc nos credere multae rationes vetant: in quibus ea est gravissima, quod Plauti et Epicharmi fabulae, etiamsi conveniebant aliqua ex parte, argumentis tamen et natura ipsa multum differebant. Quis enim eum, qui ipse comoediae quasi parens est et auctor, tantos statim progressus fecisse in eo poemate putet, ut a rudibus incunabulis ad fastigium brevi tempore comoediam provexerit? Recte igitur iudicare mihi videntur [7]), qui certissimis indiciis confisi Epicharmum multo magis scurrilibus iocis risus captasse quam in argumentis enituisse contendunt. Iam cum in Plauti Amphitruone tum in Menaechmis ea inest poetica facultas, ea virtus, ea perfectio, ea denique argumenti gravitas, quam ad Epicharmum delegare nullo modo possim. Accedit quod in Epicharmi fabularum nominibus, quae feruntur, neque Amphitruonis nec Menaechmorum nomina reperiuntur. Quamobrem adducor equidem, ea, quae diximus, argumenta ex eodem Graecarum comoediarum genere Plautum transtulisse, ex quo etiam reliqua transtulit. Namque novae, quam vocamus, comoediae Atticae scriptores multas fecerant fabulas, quarum argumenta aut nihil aut non multum a Plauti fabulis differebant. Itaque *Διδύμους* cum Menaechmis comparare licebit; Siculas autem res ne Atticos quidem removisse a comoediis suis, *Σικελικῷ* Philemonis probatur. Atque per deos et heroas quae agerentur comoediae quam gratae semper acceptaeque Atheniensibus fuerint, multarum id genus fabularum nomina documento sunt. Quare Amphitruonem quoque inde sumptam a Plauto puto. Alia, quibus vertisse Plautum Epicharmi fabulas efficere voluerunt, magis etiam dubia sunt et obscura. Nam et epityrum illud et Aetna in Milite glorioso et Siculum illud momar [8]), praeterea qui ex Plauti Parasito pigro feruntur versus:

[5]) V. 55 sqq.

[6]) Ritschl, parerg. Plaut. I. p. 180 sqq.

[7]) Lorenz, Epicharm's Leben und Schriften. Berlin 1864 p. 129.

[8]) Mil. gl. 24. 1065. Isidorus, v. momar.

Inde bene
Appotus primulo crepusculo domum ire coepi', non dissimiles Epicharmi dicto:

κἤπειτα πολλὰ καταψαγών, πολλ' ἐμπιὼν ἄπειμι,

ad hoc, quos in Persa [9]) legimus, versus:

Librorum eccillum habeo plenum soracum,
Si hoc adcurassis lepide quoi rei operam damus,
Dabuntur dotis tibi inde sexcenti logi,
Atque Attici omnes, nullum Siculum acceperis,

multa denique alia, in quibus nonnulli certa imitationis vestigia animadvertisse sibi visi sunt, adeo futilia sunt, ut praetermittenda ea censuissem, nisi id, quod per se veri est simillimum, Plautum Siculi poetae etiamsi non aemulatorem, gnarum tamen fuisse, magis etiam iis rebus confirmaretur. Quin etiam versus et sententias et personas, parasitorum [10]) maxime, ex Epicharmi comoediis in suas eum transtulisse putaverim, etsi asseverare non possum. Sed — id quod caput est — hae res properandi vocabulo vereor ut subiici possint. Laudantur porro illo loco praeter Plautum alii quoque poetae: iam cum unus ex iis, Afranius, togatarum fuerit scriptor, ex quo efficitur, argumenta sumere ex Menandri fabulis eum non potuisse, nonne consentaneum est, quemadmodum ceteris scriptoribus, Pacuvio Attio Caecilio Terentio, singulis singulae virtutes poeticae dantur, ita Afranio quoque unius cuiusdam virtutis, quae ei communis cum Menandro fuerit, laudem eo versu tribui? Neque autem aliter, quae de Plauto praedicantur, esse possunt. Quid igitur sibi vult illud properare? Fuerunt, qui incredibilem quandam celeritatem ac festinationem in ipsis Plauti argumentis esse, eamque laudabilem criticis illis esse visam dicerent. Beckeri [11]) verba refero. ‚Properare Plautus cur dicatur', inquit, ‚mihi neque obscurum est neque dubium. Quamcunque enim considero fabulam, video nulla interposita mora, sed indefesso impetu atque rapido paene nisu ad exitum properari, ut nunquam remittere detur spectatoribus vel lectoribus animum'. Itane vero? An haec festinatio est, cum poeta non modo ubi actio viget, sed etiam ubi intermissio quaedam ab ea fit, in sententiis et in iocis et in omne genus sermonibus multus sit, ne dicam loquax, ut in Trinummi act. II. scen. I. et II., act. III. scen. II., in Militis gloriosi act. II. scena II., act. III. scen. I., in Captivorum act. I. scen. II., act. III. scen. V., in Mostellariae act. I. scen. III.? Non ista quidem festinatio est, immo mora et, si quaeris, tarditas. Nec properandi verbum solum per se hoc significat: ad eventum festinare. Restat igitur, quod unum verum esse potest. Properatum enim dicendi quoddam genus vocabant, quod verbis volucre est et incitatum. Apud Quinctilianum in inst. lib. X. [12]) ‚in stilo quidem quamlibet properato' legimus. Stilus autem properatus idem fere valet, quod sermonis velocitas — quae vox est in eodem libro supra [13]) — et celeritas — in libro IV. [14]) — et flumen verborum et volubilitas et orationis cursus, quibus verbis Cicero in Bruto [15]) et in Oratore [16]) utitur. Graeci *τάχος* vel *ταχύ* appellabant, velut Aristoteles in libro de rhetorica tertio [17]) *ταχεῖαν διήγησιν* dicit et Lucianus in libro de historia conscribenda [18]) *ταχεῖς λόγους* et Hermogenes [19]) *ταχείας ἀπαντήσεις*. Graeca autem et Latina vocabula apud Plinium sunt in epistolarum libri primi vicesima, ubi haec leguntur:

Nec me praeterit, summum oratorem Periclem sic a comico Eupolide laudari

πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
πειθώ τις ἐπεκάθητο χείλεσιν
οὕτως ἐκήλει κτλ.

Verum huic ipsi Pericli nec illa *πειθώ* nec illud *ἐκήλει* brevitate vel velocitate vel utraque (differunt enim) sine facultate summa contigisset'. Quid igitur? Eadem Epicharmi, eadem Plauti volubilitas fuit? Epicharmi nulla quidem integra fabula exstat; sed tamen coniecturam capere ex aliquot rebus licet. Cum enim hilaritate et lascivia magis quam arte delectare populares suos voluerit; cum praeterea ex Pythagoreorum et rhetorum, quos audiverat, scholis magnus elatusque eius animus evaserit; cum denique tetrametro — quod genus *ὀρχηστικόν* Aristoteles [20]) esse ait — frequentissime [21])

[9]) Persa 392.
[10]) Lorenz.
[11]) Becker, de com. Rom. fabul.
[12]) c. 3, 19.
[13]) c. 1, 102.
[14]) c. 2, 107.
[15]) c. 95, 325.
[16]) c. 15, 55.
[17]) c. 16, 4.
[18]) c. 59.
[19]) 3, 296.
[20]) Poet. 23.
[21]) Lorenz, p. 156.

in comoediis sit usus: ego illius locutionem volubilem, incitatam, vibrantem fuisse sine ulla dubitatione confirmaverim. In Plauti vero sermonibus estne celeritas, estne cursus, estne incitatio? Est profecto: neque rem coniectura, sed oculis et manibus tenemus. Quare Beckerum, quem errasse supra dixi, eundem recte sentire puto, cum dicit: Quin in sermonibus quoque, atque illis etiam, quibus mora interdum imponitur actioni, nescio quam mirari me dico calidiorem rerum agitationem et praecipitem festinationem, quae nusquam patitur consisti, ut nihil rectius dici putem, quam properanter agi omnia'.

Hic ego ex Milite glorioso et ex Captivis nonnulla exempli causa subieci:

In Mil. glor. v. 415 sqq., ubi insigne aliquid incidit, admirabilis est etiam orationis cursus: Palaestrio, eho Palaestrio etc.' Viden, quoties singulis versibus, qui loquuntur, sese excipiant? Incitatius etiam oratio fertur paulo post, ubi septenariis poeta utitur, v. 426 sqq. Comparare cum illis haec quoque licet: v. 540, 661, 725, 745, 770, 790, 813—873, 1011, 1031, 1052, 1056, 1077.

In Captiv. v. 333, 355, 385—460 (maxime 401—413), 592—605. Etiam 660—750 comparare licet. Ab actu IV. iam proclivi ad extremum oratio currit.

Tenemus iam, quam quaerimus, verborum vim. Ac sicut celeritatem, ita omnino Plauti sermonem antiquitatis illi fautores summis semper laudibus efferebant. Varro in argumentis Caecilio, in ἤθεσιν Terentio, in sermonibus Plauto palmam detulisse fertur [22]). Idem, ut Quinctilianus ait, Aelii Stilonis, magistri sui, sententia ‚Musas Plautino sermone locuturas fuisse' dicebat, ‚si Latine loqui vellent' [23]). Et aliquot seculis post, cum alii denuo laudatores antiquorum exstiterant, unus ex illis, Gellius [24]), Plautum ‚verborum Latinorum elegantissimum' fuisse scripsit et ‚hominem linguae atque elegantiae in verbis Latinae principem' et ‚Latinae linguae decus'. Macrobius [25]) autem in Saturnaliorum conviviorum libro secundo Plauti eloquentiam cum ipso Cicerone ausus est conferre. De orationis volubilitate ut credam, alia praeterea re adducor. Nam ut Epicharmus, sic etiam Plautus sane crebro trochaeo, et tetrametro multo saepius quam trimetro utitur: ita ut hac in parte descivisse ab Atticis, quorum comoedias vertebat, videatur: si quidem ex Terentii fabulis, quas ipse ad verbum de Graecis expressisse sese profitetur [26]), coniecturam capere licet. Apud hunc enim iambo nullus est numerus crebrior. Quod vero quidam [27]) reprehendere Horatium strictim, dum aliorum laudes referat, Plauti et Epicharmi festinationem quandam et properantiam in versibus componendis putant, non recte hi quidem: et iam ab aliis [28]) refutati sunt. De sermonis igitur celeritate hodie, uti dixi, nemo iam dubitare videtur [29]). At Horatius vereor ne per ridiculum magis quam severe illa omnia dicat. Est enim hercle lepidus cavillator et veterum derisor.

Sed in eadem epistola, quod ipse de Plauto sentit, plane ac dilucide demonstrat. Et est profecto ipsius sententia ab aliorum laudibus longe diversa. Dicit [30]) enim:

Adspice, Plautus
Quo pacto partes tutetur amantis ephebi,
Ut patris attenti, l....is ut insidiosi,
Quantus sit Dossennus edacibus in parasitis,
Quam non adstricto percurrat pulpita socco:
Gestit enim nummum in loculos demittere, post hoc
Securus, cadat an recto stet fabula talo.

Primum igitur vituperat Plautum, quod partes non tutetur, id est, quod ἤθη non servet. Illud autem insigne est scriptorum vitium, si senes faciunt incautos, iuvenes languidos. Eo enim fit, ut a rerum veritate, quam sequi scriptores debent, longissime digrediantur. Quocirca et Aristoteles in libro de rhetorica altero [31]) multa de hac re elegantissime disseruit, et Horatius in epistola ad Pisones [32]) de servandis moribus haec praecipit:

---

[22]) Nonius v. poscere.
[23]) Quinct. X, 1, 9.
[24]) Gell. I, 7. VII, 18. XIX, 8.
[25]) Macr. Sat. II, 1.
[26]) Terent. Adelph. prol. 11.
[27]) Th. Bergk. comment. de reliq. com. Att. libr. duo. Lips. 1838 p. 146 sq.
[28]) Lorenz.
[29]) Lorenz, p. 207 sqq.
[30]) V. 170 sqq.
[31]) c. 12 et 13.
[32]) V. 114 sqq.

Intererit multum, divusne loquatur an heros,
Maturusne senex an adhuc florente iuventa
Fervidus, et matrona potens an sedula nutrix,
Mercatorne vagus cultorne virentis agelli,
Colchus an Assyrius, Thebis nutritus an Argis,

et paulo post:

Si quid inexpertum scenae committis, et audes
Personam formare novam, servetur ad imum,
Qualis ab incepto processerit, et sibi constet.

Nec tamen in omnium personarum descriptione peccasse Plautum dicit, sed tres potissimum, quas ille male tutatus sit, personas enumerat. Ac de senibus et adulescentibus [33]) forsitan ei assentiar. Non enim semper tales eos Plautus finxit, quales fingere debebat, qualesque a natura sunt facti. Sunt autem senes plerumque, ut Aristoteles ait, parvi animi, sunt parum creduli, semper ‚fortasse' et ‚forsitan' adiicientes, sunt praeterea ignavi, cauti, timidi, suoque quisque commodo serviunt: item igitur ab Horatio attenti, ad rem nimirum, et a Terentio [34]) irati, filiis scilicet rem suam conficientibus, et ab Ovidio [35]) duri vocantur. Adulescentes contra Aristoteles plerumque magnanimos esse dicit et cupidos et fortes et credulos et incautos, et ad honestatem potius omnia ab iis referri ait quam ad utilitatem: quam ob causam recte Horatius fervidum et amantem iuvenem vocat. At Plautus adulescentes ignavos et ὀδυρτικούς, id est, lamentantes multo magis quam fervidos et navos fingebat: nihil ipsi faciunt, omnia servis committunt; si quid parum succedit, lamentantur, si quid male cecidit, eiulant: sed amatores utique sunt. (Vide inprimis Mil. gl. 624 sq. ‚Novo modo tu amas etc.', ubi Plautus quasi se ipsum vituperare videtur). Lusitelem excipio et Lesbonicum, quos paulo accuratius descripsisse poetam fateor. Sed senum quoque mores nonnunquam apte, plerumque secus effinxit: namque plurimi eorum improvidi, creduli, inepti. Quid? Theuropidam Nicobulum Simonem Demiphonem Stalinonem multos denique alios quis est qui laudet? at Megadorum Hegionem Megaronidem Calliclem Periplecomenum quis est qui vituperet? Iam in l....is persona quid Plautus peccaverit, non video. Nam cum aliorum tum Ballionis et Labracis tanta est improbitas, tanta malitia, tanta perfidia, quanta semper in eo genere et fuit et esse debet. Sed Plautus — id quod maximum est — omnem operam et laborem in eorum descriptione consumpsit, per quos fere primae partes in comoedia agebantur, servorum. Horum autem et aliorum, quos Horatius omisit, militis gloriosi, mulieris dolosae quin praeclare Plautus expresserit personas, non potest quisquam dubitare. (Vide inprimis Mil. gl. v. 213 sqq. ‚Euge, euscheme hercle astitit et dulice et comoedice etc.', ubi Plautus quasi se ipsum laudare videtur.) Sed Horatius haud scio an aliter existimaverit. Iniquissimus enim Plautinarum comoediarum iudex est et aestimator. Nam etsi negari nequit, multo inferiorem Plautum quam Terentium in describendis moribus esse, quod et olim critici viderunt et adhuc potest cognosci, quis iam, si modo recte vult iudicare, tam insignite et aspere Plautum perstringat? Neque enim a Volcatio Sedigito [36]) dignus esset existimatus, qui secundum inter poetas comicos Romanorum locum obtineret:

Multos incertos certare hanc rem vidimus,
Palmam poetae comico cui deferant.
Eum meo iudicio errorem dissolvam tibi:
Ut contra si qui sentiat, nihil sentiat.
Caecilio palmam Statio do comico.
Plautus secundus facile exsuperat ceteros.
Dein Naevius, qui ferret pretium tertium.
Si erit quod quarto detur, dabitur Licinio.
Post insequi Licinium facio Atilium.
In sexto sequitur hos loco Terentius.
Turpilius septimum, Trabea octavum obtinet.
Nono loco esse facile facio Luscium.
Decimum addo causa antiquitatis Ennium.

Quod si quid titubavit Plautus, atque interdum, ut ait Horatius, non adstricto socco pulpita percurrit, cavendum est, ne severiores quam iustiores in eum iudices simus. Nam ut deceat poetam diligentissime et accuratissime cuiusque mores personae exprimere, quid tamen hac arte et facultate, quae quidem in Graecis poetis fuit maxima, opus erat in theatris Romanorum, ubi oculorum et aurium [37]) delectationes multo magis quam mentis animique desiderabantur? quid describere scite atque commode mores et vitam oportebat, cum fabulae rebus diversissimis nec bene coniunctis refertae

[33]) Becker.
[34]) Heaut. prol. 37.
[35]) Am. I, 15, 17.
[36]) Ap. Gell. XV, 24.
[37]) Terent. proll. Cic. fam. VII, 1. Hor. ep. II, 1, 182 sqq.

plus oblectationis afferrent quam ars studiumque poetae? Plautus igitur, quo magis moverentur spectatorum animi, variis artificiis utebatur. Primum enim tumultus ac turbarum ut plus in comoedia esset, multas Graecas fabulas contaminavit[38]). Qua in re num neglegentior fuerit, cum Graecae, quas ille vertit, fabulae non exstent, intellegi hodie vix potest: at Horatius — namque legerat illas Graecas —, si quid peccatum erat, haud dubie animadvertit. Quamquam enim ad eandem ferme effigiem unius cuiusque aetatis vel generis personae, velut senum aut adulescentium, ut fit in comoedia, erant factae, tamen fieri potuit, cum ex aliis in alias fabulas transferrentur, ut inconcinnas atque inconstantes eas poeta reddiderit. Sed haec, uti dixi, subobscura sunt; alterum facilius perspicitur. In Graecis enim, quas Latini poetae vertebant, comoediis, quoniam et per Graeciae urbes et inter Graecos homines res gerebantur, quot fuerunt ac quanta, quae ab Romanorum consuetudine abhorrebant! quot ioci, quot dicta, quot sententiae, quas togati non modo non assequebantur, sed etiam aspernabantur! Quae scriptori Romano, si gratificari populo volebat, aut delenda omnino erant, aut aliis compensanda. In hac autem re Plauto vix ullus fuit ingeniosior: nam non modo loquitur Latine, sed mores etiam et sententiae et cetera omnia in illius fabulis ad communem vulgaremque sensum sunt accommodata. Saepe Romano more iocatur, saepe Romanas res tangit[39]). Quo fit, ut, etiamsi non omnes partes inter se consentiunt, tamen dulcedinis nescio quid et condimenti fabulae eius habeant. Reprehendenda igitur haec ratio est? Minime vero. Neque in eo potissimum ab Horatio vituperatur, quod palliatos homines more Romanorum loquentes facit; sed eo cum inprimis animum intenderet, in ceteris, quae artis cuiusdam indigent, argumento descriptione paulo minus curiosum eum fuisse sine ulla dubitatione confirmaverim. Verum tamen populus omni tempore Plautum amplexabatur, et maiore cum voluptate illius fabulas legebat quam Terentii, qui, quamquam elegantior et concinnior est, tamen nec nervos habet nec vernaculam illam festivitatem. Plauto autem eo magis spectatorum benignitas acquirenda erat, quia homo erat pauper, atque quaerendae rei causa versus faciebat. Quod nisi poemata, quae scribebat, populo placerent, in summas ille quidem angustias esset adductus. Nam primum ubi Romam venerit, in operis artificum scenicorum fuisse perhibetur: deinde pecunia, quam fecisset, in mercatibus perdita cum inops Romam rediisset, ob quaerendum victum ad circumagendas molas, quae trusatiles appellantur, operam pistori locasse et in pistrino Saturionem et Addictum fabulas composuisse. Auctores Gellius[40]) Varronem aliosque profert. Ecce autem alteram Horatii calumniam. Accusat poetae avaritiam, neque, dummodo nummos in loculos demitteret, interfuisse ait, ne fabula exigeretur. Immo vero et vehementer interfuit, neque ullam unquam exactam Plauti comoediam ferunt. Atque non modo centum fere annis, postquam docere Plautus fabulas coepit, propter novarum comoediarum inopiam veteres mortui iam poetae comoediae referebantur, sed etiam Augustum Suetonius[41]) plane poematum quoque non imperitum delectari solitum comoedia veteri et saepe eam exhibuisse publicis spectaculis narrat. Quid? quod poeta, nisi operam dedisset, ut fabulae, quas scripsisset, populo placerent, ne vendere quidem eas potuit. Namque difficile erat, novam populo fabulam commendare: quo magis actori erat cavendum, ne, si explosus esset, reddere pecuniam numeratam sibi ab aedilibus deberet.

Sed aliud praeterea vitium Horatius Plauto exprobrat. ‚Vide', inquit, ‚quantus sit Dossennus in edacibus parasitis'. Quae verba nunc enarranda nobis sunt. Nam de significatione inter grammaticos dissensio est. Cruquii, qui vocatur, commentator apud Horatium annotavit ‚Dossennus Atellanarum scriptor'. Unde non Plautum eo versu, sed alium quendam poetam nomine Dossennum vituperari ab Horatio collegerunt, alteri temere commentatorem illum secuti, alteri[42]), quia de comoedia disputatur, in eo errasse eum arbitrantes, quod ‚Atellanarum' pro ‚togatarum' dixisset, utrique auctores proferentes Senecam et Plinium, quorum alter in epistolarum undenonagesima[43]) ‚hoc verbo (sophia scilicet)', inquit, ‚Romani quoque utebantur, sicuti philosophia nunc quoque utuntur. Quod et togatae tibi antiquae probabunt et inscriptus Dossenni

[38]) Ter. ent. Andr. prol. v. 18.

[39]) Mil. gl. 211 sq. Capt. 90, 476, 489, 492—495.

[40]) Gell. III, 3.

[41]) Suet. Aug. 89.

[42]) Düntzer, Rhein. Mus. N. F. VI. p. 283 sqq.

[43]) Sen. ep. 89, 6.

monumento titulus: Hospes, resiste et sophian Dossenni lege', alter in Naturalis Historiae libro decimo quarto [44]) in Dossenni cuiusdam mentionem incidit. Sed a Seneca qui memoratur Dossennus poetane fuerit necne, minime patet: Plinius autem quin iurisconsultum quendam designet, qui Plauti ex Acharistione versibus ad dirimendam quaestionem quandam sit usus, dubitari vix potest [45]). Neque vero Horatius Plautum, cuius magnum in poetis nomen erat, cum terrae filio nescio quo comparavisset. Quid quaeris? Non de alio, sed de ipso Plauto Horatium dicere illo loco puto. Scimus enim dossennum sive dorsennum (a dorso, quasi gibberum) unum ex ridiculis illis fuisse, qui fere Atellanas fabulas agebant. Eiusmodi praeter dossennum erant maccus pappus bucco [46]). Iam cum Varro in septimo de lingua Latina [47]) manducum quoque dossennum appellatum esse testetur, sunt, qui illud dicere Horatium statuant: manducum quendam Plautum in edacibus parasitis fuisse, id est, nimis edaces eos finxisse [48]). Sed haec explicatio a verbis ipsis et a consuetudine abhorret. Nec magis eorum [49]) sententiam probo, qui, quoniam dossennus ille in Atellanis hariolus quoque magnam sapientiam prae se ferens fuisse traditur, Horatium hanc ipsam sapientiae simulationem in iis, quos Plautus effinxit, parasitis reprehendere contendunt. Ego vero generatim dictum puto, non secus ac si dicat: Vide quantus Plautus sit scurra [50]) in edacibus parasitis describendis". Habemus iam verborum vim: nunc quale sit vitium, quod tam aspere Horatius perstrinxerit, quaeritur. Quod mihi quidem haudquaquam obscurum est. Nam in Atticorum comoediis parasiti sicut alii, per quos res agebatur, partes semper sive primas sive alias egisse videntur, quod et ex Terentii fabulis Eunucho Phormione et ex Plauti nonnullis, velut Curculione Menaechmis coniicere licet (vide inprimis Menaechm. v. 899 sqq. R.): in nonnullis vero Plauti fabulis parasiti germani sunt buccones et dossenni: quippe qui eas tantum partes habeant, ut nonnunquam, prout res fert, scurrilibus iocis ac nugis populum delectent; quo fit, ut, si parasiti personam ex fabula aliqua summovere velis, in argumento ipso nihil turbetur. Quapropter hac in re Epicharmi quoque rationem Plautum imitatum esse [51]) sine dubitatione confirmaverim. Tales parasiti sunt Artotrogus in Milite glorioso, Ergasilus in Captivis, fortasse Gelasimus in Sticho. Etiam eiusmodi nugarum aliquid degustare licet: Capt. act. I. scen. I. et II. act. III. scen. I. Mil. gl. act. I. scen. I. Stich. act. I. scen. III.

[44]) Plin. H. N. XIV, 13.
[45]) Ritschl, parerg. praef. p. 13 sq.
[46]) Munk, de fab. Atell. p. 28 sqq.
[47]) Varro, de l. L. VII, 95. cf. Fest. p. 128 M.
[48]) Müller, Progr. Götting. 1835.
[49]) Ritter, Rhein. Mus. N. F. V. p. 216 sqq.

[50]) ‚Hanswurst'. Ritschl, parerg.
[51]) K. O. Müller, Gesch. der griech. Literat Breslau 1841. II. Th. p. 281. 263.

Datum Zágrabiae a. d. IV. Kal. Aug. A. Chr. CIↃIↃCCCLXVIII.

Arminius Šrabec.

Školske věsti.

Osnova

na kr. gimnaziji zagrebačkoj za školsku

Razred	Nauk vĕre	Latinski jezik	Gèrčki jezik	Hèrvatski jezik	Němački jezik
I.	Prevod regensburžkoga velikoga katekizma. Na tĕdan 2 ure.	Oblikoslovje pravilnih sklonitbah i spregah, uvĕžbano obostranim prevodom zajedno sa učenjem rĕčih na pamet po Dünebiru. Svakih 10 danah školska zadaća. 8 urah.	—	Pravilno oblikoslovje, nauk o izrekah. Čitanje sa tumačenjem. — Učenje članakah po Veberovoj čitanci na izust. — Pismene radnje svakih 10 danah. 3 ure.	Nauk o sklanjanju. Vĕžbanja u prevodu po Macunovih zadaćah. — Něšto o glagolju i izrekah. Zadaće. 3 ure.
II.	Obredoslovje r. kat. cèrkve polag Frencela prevedeno. 2 ure.	Nauk o nepravilnih formah; accus. c. inf. dionici i ablativ absolutni; po Veberovoj slovnici. Vĕžbanje u čitanci od Schinagela; zadaće pismene. 8 urah.	—	Nauk o formah s osobitim obzirom na glagolj po slovnici Mažuranićevoj; čit. Veberova; pismene zadaće. 3 ure.	Nauk o sprezanju i najpotrebitije iz skladnje uz vĕžbanje po Macunovih zadaćah. Zadaće po propisu. 3 ure.
III.	Prevod bibličke povĕstnice, i to stari zakon polag Schumachera. 2 ure.	Nauk o padežih po Veberovoj slovnici i Jurkovićevoj vĕžbenici; čitala se je IV. knjiga Chrestomathije Hoffmannove. Pismene zadaće. 6 urah.	Oblikoslovje po Macunovoj slovnici do glagoljah s pojačenim korĕnom sadanjega vremena. U drugom polĕtju svakih 10 danah pismena zadaća. 5 urah.	Nauk o padežih i predlozih po skladnji Veberovoj; praktično vĕžbanje iz čitanke Veberove; pism. vĕžbe. 3 ure.	Najvažnije iz tvorbe rĕčih, stavačne sveze i sglobe, periodoslovje, zapamćivanje frazah i prispodabljanje istih sa spodobnimi hèrvatskimi po Baueru; čitanje, tumačenje i učenje na pamet; predavanje štiva po čitanki Mozartovoj dio II.; pismene vĕžbe. 2 ure.
IV.	Prevod bibličke povĕstnice novoga zakona polag Schumachera. 2 ure.	Nauk o vrĕmenih, načinih, dionicih i o stihotvorstvu po slovnici Veberovoj. Caesar de bello gallico IV. i V. knjiga; iz Ovidija 3 elegije; pism. radnje. 6 urah.	Opetovanje oblikoslovja pravilnoga sa svimi važnijimi iznimkami; glagolji na μι u I. a stranom i u II. tečaju, u kojem i polagano čitanje lasnijih basanah, tumačeć mimogred glavna pravila iz skladnje; pismene zadaće. 4 ure.	Druga i još preostala polovica iz hèrvatske skladnje sa dodatkom o stihotvorstvu, čitanje sa historičko-filologičkim tumačenjem iz dotične čitanke; pravila o sastavljanju najvažnijih pismenih radnjah u praktičkom životu. Pismene radnje. 3 ure.	Obilniji razvitak u 3. razr. poprimljena štiva sa dodatkom občenitih temeljah němačke metrike; čitanka Mozartova dio III.; pismena vĕžbanja kao u 3. razr. 2 ure.

predavanja

godinu 1868. prama učivu, knjigam i uram.

Zemljopis i pověstnica	Naravopis i fizika	Matematika	Filozofička propedeutika	Broj urah na těd an
Topični zemljopis čitave zemlje i najvažnije iz političkoga zemljopisa. Risanje zemljovidah sa pismenimi zadaćami. 3 ure.	I. tečaj o sisavcih. II. tečaj o korastih životinjah i zareznicah uz Pokornovu knjigu, prevedenu po Accurtu za dolnju gimnaziju sa upotrebljivanjem dotičnih sbirkah i slikah. 2 ure.	I. tečaj: 3 ure računstvo, pèrve vèrsti sa slomci; II. tečaj: 2 ure o cèrtah, kutovih i trokutih i paralelogramih sa njihovimi glavnimi svojstvi, po Dřížhalu. 3 ure.	—	24
Stara pověstnica do 324. god. po Is., spojiv s tim zemljopis dotičnih zemaljah i věžbanja u risanju zemljovidah. 3 ure.	I. tečaj: ptice, dvoživci i ribe polag Pokornoga. II. tečaj: biljarstvo polag Pokornoga za dolnju gimnaziju, upotrěbljujuć bilje sabrano i bašću gospodarskoga družtva. 2 ure.	I. tečaj: 2 ure računanje: 1 uru měrstvo. II. tečaj: 1 uru računanje razměrah, pravila trojnoga, postotičnoga računa i nauka, měrah. — 2 ure o tro- i više-stranih likovih, produženje sa zadaćami pismenimi. 3 ure.	—	24
Srednji věk s obzirom na najvažnije dogodjaje iz pověsti austrijskih zemaljah; zemljopis planinskoga područja Francezke i sěvernih oděljenih zemaljah Evrope. Věžbanje u zemljopisnom risanju. 3 ure.	I. tečaj: rudoslovje uz Pacelov prevod Pečirke; II. tečaj: naravoslovje, obća svojstva tělesah, o izvorvih tělesih (elementa), lučbenih pravilih, klipljenju i poněšto o toplini polag prevoda Smetanine fizike. 2 ure.	I. Složeni oměri i razměri. Složeno pravilo trojno. Prost dobitan račun. Račun ročni, družbeni, prosti i složeni. Račun směse i verižni. II. Pèrvi početci iz nauka ob okrugu, elipsi, hiperboli i paraboli, po Dřížhalu. 3 ure.	—	26
Pověstnica novoga věka do godine 1815., zemljopis Austrije, risanje zemljovidah. ure.	I. Hydrostatika, aërostatika i akustika; II. Magnetizam, munjina, světlost i bitne stvari iz meteorologije načinom pučkim i pokusnim po Smetani. 3 ure.	I. Protivne oline. Četiri vèrsti računanja sa pismeni. Dizanje dvo- i tro-članika na 2. i 3. uzmnog i vadjenje korenah kvadratičnih i kubičnih iz običnih brojevah. II. Opetovanje bitnih stvarih ob okrugu. — Stereometrija po Dřížhalu. 3 ure.	—	26

Osnova

na kr. gimnaziji zagrebačkoj za školsku

Razred	Nauk vĕre	Latinski jezik	Gèrčki jezik	Hèrvatski jezik	Nĕmački jezik
V.	Općenita katolička vĕrouka po dru. Konr. Martinu. 2 ure.	Točke u slovnici, što su se slabije poznavale; osobito nauk o vremenih, svraćajuć se na Veberovu slovnicu; čitao se je Salustijev Jugurtha; Ovidijeve metamorfoze po Grizaru, oba pisca s literarno-historičkim uvodom; opetovala se skladnja po Veberu i Jurkovićev. vĕžbenici; pismene zadaće po propisu. 6 urah.	Iz Homerove Ilijade 1. pĕvanje; osim toga u pèrvom polètju potеže stvari iz Schenkelove chrestomatije, Anabaze i Memorabiliah Sokratovih; pismene radnje. 5 urah.	Čitanje iz narodnoga ili pučkoga umĕtnoga pĕsničkoga i prostoga sloga pisacah novije dobe uz jezično i estetično tumačenje po čitanci za gornju gimnaziju II. dio sa ovamo spadajućim glaso- i oblikoslovjem; pism. radnje. 3 ure.	Čitanje i tumačenje iz Mozartove čitanke (IV. dio za niže gimn.). Opetovanje metrike; kratak pregled najvažnijih vèrstih pĕsničtva; pismene radnje. 2 ure.
